



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

26. An sint aliqui casus, in quibus Episcopi possint dispensare in legibus Pontificiis, etiam si non habeant expressam potestatem? Et por praxi superioris difficultatis in textu hujus Resolutionis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

11. Hæc fufius tractare volui, ne Epifcopi (ego feo quid loquor) putent fe in fuis Diocæfibz elle Romanos Pontifices, ex illo falfo principio Canonico ftatum, quod quicquid potest Pontifex in toto Orbe potest Epifcopus in fua Diocæfi, ni fi exprefse prohibeatur. Vide Layman lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 2. num. 5. Suarez in 3. part. difp. 36. fecl. 2. §. 2. pars, & alios Doctores pro nofta fententia citatos.

RESOL. XXVI.

An fint aliqui cafus, in quibus Epifcopi poffint difpenfare in legibus Pontificiis, etiam fi non habeant expreffam poteftatem.

Et pro praxi Superioris difficultatis in textu huius Refolutionis aliqui diverfi cafus enumerantur, & inferuntur, in quibus poteftas difpenfandi debet dici ordinaria, potius quam delegata.

Et notatur etiam poteftatem, quam habet Legatus, & ex privilegio Superiores Religionum ad difpenfandum cum Religiofis, & ad illos abfolvendum elle etiam Ordinariam, & non delegatam.

Ex quo inferitur poffe hanc poteftatem delegare.

Et tandem quaeritur, an Epifcopus poffit cum fubdito difpenfare, ut nunquam in tota vita ieiunet, vel ut Sacerdos nunquam recitet? Ex part. 8. tit. 3. Ref. 12.

§. 2. Ad hoc dubium refpondeo, elle varios cafus, in quibus licet Prælato inferiori difpenfare in lege Superioris, non folùm quando ipfum ius, vel ipfe Superior exprefse tribuit hanc poteftatem, tunc enim res eft omnino indubitata, fed etiam fi non tribuerit.

1. Primus eft in rebus, quæ frequenter occurrunt, ut funt ieiunia, recitatio horarum, auditio Miffæ, & fimiles: licet enim Summus Pontifex fuis legibus ad hæc obligaverit, potest Epifcopus, vel Rector Collegij Religioforum cum fuis fubditis difpenfare, quia foret intolerabile in his recurrere ad Papam, imo & contra ipfius Papæ voluntatem; quare tacitus, imo & debitus confenfus eft in Pontifice, ut prædicti Prælati difpenfent. Sic Caietanus in hac q. 97. art. 4. Sotus 1. de Inftit. q. 7. art. 3. Valent. difp. 7. 95. punct. 9. Manuël Rodriguez, cum Medina tom. 1. quæft. regul. lar. q. 22. art. 9.

2. Secundus cafus eft, quando materia levis, feu exigui momenti: appellat autem Sotus rem levis momenti eam, quæ non obligat fub mortali, & in eodem fenfu id approbat Suarez fuprà num. 9. & reliqui Doctores citati confentiant. Probatürque ratione, quia valde moleftum effer in his minimis recurrere ad fupremum legiflatorem, qui eo ipfo quoddammodo Prælatos conflituert, videret illis concessiffe poteftatem adhæc minima, licet res magni momenti ad fe aduocaverit. Vnde merito dubitat Sotus, an Epifcopus poffit cum fubdito difpenfare, vi nun-

quam in tota vita ieiunet, & ego crediderim non poffe, ficut nec difpenfare, ut Sacerdos nunquam recitet, eft enim res hæc magni momenti, & quæ non frequenter accidere folet; quare non eft credendum Pontifex voluiffe committere inferiori eam difpenfationem.

4. Tertius cafus eft, quando materia legis non eft communis, fed propria folùm fubditorum talis Epifcopi, vel prælati, v. g. fi Pontifex aliquid præcepiffet folis fubditis Archiepifcopi Hifpalenfis, poffet ifte cum illis difpenfare. Sic Caietanus fuprà, & Medina ad artic. 4. q. 97. Valentia, & Sotus Probatür, quia cum ea lex fit lata folùm propter commodum, & utilitatem particularem talium fubditorum, videretur Summus Prælatus tacite relinquere relaxationem illius inferiori Prælato, cui fpecialiter incumbit eorum fubditorum gubernatio. Vide hanc doctrinam duplicatè Francifco Suarez fuprà n. 10. quia nec in iure, nec in vfu putat habere fufficiens fundamentum. Sed nihilominus autoritas prædictorum Doctorem, & ratio quam attulimus, eam fufficienter probabilem reddunt.

5. Quartus cafus eft, quando recufus ad fuperiorum effer valde difficilis, feu quando occurreret magna valde neceffitas, & effer periculum in mora. Tunc enim ex præfumpta voluntate Pontificis poffet Epifcopus difpenfare in lege illius, quæ doctrina recepta eft à Doctores, quos refert, & fequitur Suarez proximè relatus: & in controuerfia de matrimonio celebris eft cafus, in quo Doctores tribuunt Epifcopo poteftatem difpenfandi in impedimento matrimonij iam contracti bona fide faltem vnus contrahentis, cum non potest Summus Pontifex commode adiri.

6. Et hos cafus, præter Doctores citatos enumerat Granadus in part. 2. D. Thoma, contr. 7. tract. 3. part. 2. difp. 17. fecl. 1. n. 5. Salas de legibus, difp. 20. fecl. 3. n. 22. Gordonus in fuma lib. 3. q. 13. c. 3. n. 2. & Caltrus Palaus tom. 1. tract. 3. difp. 6. punct. 5. vbi ponit alios duos cafus.

7. Primus, quando leges non funt communes aliis Prouinciis, fed propriæ vnus; ita Valentia tom. 2. difp. 7. quæft. 5. punct. 9. & Azorius tom. 1. lib. 5. c. 15. q. 7. fed hunc cafum Palaus non approbat cum Suarez lib. 6. c. 14. n. 10.

8. Alter cafus appofitus à Palao, eft, fi confuetudine præfcribatur inferiori in lege fuperioris difpenfare. Nam confuetudo legitime præfcripta iurisdictionem concedit, ut conftat ex dictis de confuetudine: & traditur cap. cum conuingat, de foro competentis, & aliis ibi per gloffam. Ex quo fit Parochos, quibus de iure non competit difpenfatio, difpenfare folere in feftorum, & ieiuniorum obferuatione, videbatur enim maxime neceffaria illis hæc poteftas ob frequentes cafus expofitantes hanc difpenfationem. Sic Sanchez lib. 8. difp. 9. numer. 27. Suarez lib. 6. cap. 14. in fine. Baftius cap. 6. numer. 8. lib. 8. Ad huiusmodi cafum reduci potest poteftas, quam finguli Epifcopi habent pro fua Diocæfi difpenfandi in legibus Concilij Prouincialis; erat enim maxime expediens hanc illis Concilium facultatem concedere, ne fubditi obligati efferent pro difpenfatione obtinenda ad Pontificem recurrere, vel aliud Concilium prouinciale expectare. Sic docuit Suarez lib. 6. cap. 15. num. 7. Bonacina difp. 1. quæft. fecunda, punct. 1. numer. 14. Neque valet dicere Archiepifcopum hanc poteftatem habere, quia neque à iure illam habet, cum fit inferior Concilio, ficuti reliqui alij Epifcopi. Neque à Concilio inuenitur ei aliquo modo fpecialiter commiffa. Quocirca dicendum eft cuiilibet Epifcoporum pro fua Diocæfi commiffam elle. Ita Suarez fuprà, Sanchez lib. 8. difp. 17. n. 35. & feq. 9. Et

Sup. hoc inferius in Ref. 12. §. 1. à lin. 2. & in aliis eius primæ annotation.

Sup. hoc infra in Ref. 130. & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vii. & pro votis etiam occurrente neceffitate. & c. lege infra §. vii. Ref. 75.

ELANAE
Quinnia
O. III. IV. V
E. III

Sup. con-
reio in
hoc in
Ref. seq. §.
vlt. & in
Ref. in Ref.
75. §. Et
hanc.

9. Et tandem non deseram hic apponere verba
Patri Amici *tom. 5. disput. 6. sect. 4. num. 57.* vbi sic
ait. Ceterum, in quibus casibus possit inferior vi sua
ordinaria potestatis dispensare in lege superioris, op-
time declarat Caicetus *loco citato.* Nam primo dis-
pensare potest circa ea, quorum dispensationem, vel
ius, recepta consuetudo illi concedit, *Secundo,* dispen-
sare potest circa leuia, cum non sit ratio consonum;
nec iuxta Principis voluntatem, aut rectam, & suam
gubernationem, vt semper pro leuibus ad superiorem
recuratur, etiam si ad eum facilis sit recursus. *Tertio,*
circa ea, quae frequenter occurrere solent, cuiusmodi
sunt dispensatio in ieiunio, in festis celebrandis, & si-
milibus; nam & graue esset Principi, & nimis difficilis
redderetur gubernatio, & satis limitata esset autori-
tas gubernantis, si in huiusmodi praecipuis disper-
sionibus semper regerendum esset ad ipsum Principem.
Quarto, circa ea, quae ita propria sunt vnius commu-
nitatis, vt nullo modo conueniant aliis, nisi inquit
Caicetus, casus adeo notabilis sit, vt merito sit supe-
rior consulendus. Ratio vero huius quattuor tacite con-
cessionis communiter assignatur: quoniam ea, quae
sunt propria vnius communitatis, sunt magis nota, &
perspecta immediato gubernatori, quam supremo
Principi, aut Praetor: ac proinde melius ipse, quam
superior de iis iudicare poterit.

10. Notandum est tamen hic hanc potestatem
inferiorum dispensandi in omnibus supradictis casu-
bus debere dici ordinariam, potius quam delegatam:
tum quia conceditur ratione muneris, & officij, tum
quia est perpetua, quae sunt conditiones iurisdictione
ordinariam constituentes, vt tradit glossa in *cap. sin.
de offic. ordm.* Felinus in *cap. licet, eodem tit.* plures re-
ferens Couaruias 3, *variarem cap. 10. num. 6. & 10.*
Sanchez *lib. 2. de matrim. disput. 40. num. 14.* Suarez
lib. 6. cap. 15. num. 1. Basilius *lib. 8. cap. 6. num. 9.* Ex quo
infertur primo, potestatem, quam habet Legatus ad
dispensandum in legibus, & votis ordinariam esse,
quia est annexa illi officio, & muneris in perpetuum.
Sumitur ex *cap. quod translatio, de officio Legati,* &
tradit Panormitanus in *cap. vlt. de transactionibus n. 5.*
Speculator *tit. de dispensationibus §. consequitur.* Suarez,
& Basilius *supra.* Secundo infertur potestatem, quam
habent ex priuilegio superiores Religionum ad dis-
pensandum cum religiosis, & ad illos absolvendum,
esse etiam ordinariam, & non delegatam, quia est in
perpetuum concessa: sic ex Collectore priuilegiorum
Fratrum Minorum *verb. absolutio ordinaria, quoad
fratres, in fine, num. 27. dub. 2.* tradit Basilius *supra
num. 9.* Tertio infertur posse hanc potestatem delegare.
Sic Suarez, & Basilius *supra* Emanuel Rodriguez
tom. 1. quest. regular. quest. 12. art. 11. circa finem. Ita Pa-
laus *loco citato.*

Sup. hoc in
tom. 7. tr. 1.
Ref. 94. §. 1.
à lin. 87.
vert. 30.
Guardiani
quamuis
ibi absque
priuilegio.

RESOL. XXVII.

An Episcopi habeant tantam potestatem in suis Dioc-
cesibus, quantum habet Summus Pontifex in vni-
uerso Orbe; vbi agitur questio, an possint dispensare
in legibus Pontificiis? Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1.
Ref. 36.

Sup. hoc &
prima diffi-
cultas in ti-
tulo huius
Ref. supra in
Ref. 22. §.
Notandum
cursum pro-
pe finem, &
magis late in

§. 1. Hanc questionem fuisse agitam apud Pa-
tres Concilij Tridentini testatur Paul. Do-
natus in *tract. de iure eligendi ministros Ecclesiae. cap.
7.* & quia ipse acriter inuehit in affirmatiuam sen-
tentiam, & codex difficillime inuenitur, apponam
hic per extensum eius verba: sic itaque asserit. Ex his
colligi potest, quam perniciosissimus esset in Ecclesia
error illorum, qui in Concilio Tridentino tentabant
determinati tantam esse in suis Dioccesibus Episco-

peram iurisdictionem, quanta est Papae in vniuerso
orbe. Qui enim asserat Episcopum in suis Dioccesi-
bus tantam habere potestatem, quantum habet Papa
in vniuerso orbe, negare debet Petro commissas esse
oues Christi simpliciter, & absolute, quia quicumque
plenitudinem potestatis habet, is caput, & princeps
est ac per consequens omnis esse non potest, alioqui &
Petrus omnis esset. Diceret tamen aliquis Episcopos
oues esse Christi, & pastores, in eorum Dioccesibus. At
verò decipiuntur, nam qui plenitudinem potestatis
Ecclesiasticae habet, immediate, est sub Christo, &
propterea si Episcopi habent plenitudinem potesta-
tis, non sunt assumpti in partem sollicitudinis ipsius
Petri, nec sunt oues Christi, quia sunt commissae Pe-
tro, ac insuper Petrus non esset caput omnium Eccle-
siarum, nec esset Pastor omnium, & Pastorum, quod ad-
uerfatur D. Bernardo. Praeterea dicant quae mihi
Episcopi, an Parochi in suis Dioccesibus plenitudinem
potestatis habent necne: certe asserunt non possunt
cos plenitudinem potestatis habere: cur ego non ha-
bent? Nunquid Parochorum auctoritas non est de iure
Diuino: si est sicut, & illa Episcoporum, cur vultis
vos habere plenitudinem potestatis in tota vestra
Diocesi, & non vultis habere Parochos? An fortassis,
quia vobis est de iure Diuino cura animarum vestrae
Diocesis demandata, non autem Parochis, qui as-
sumpti sunt in partem sollicitudinis: At verò si hac ra-
tione vobis plenitudo potestatis conuenit, & nequa-
quam Parochis, quia sunt assumpti in partem sollici-
tudinis. Cur cum & nos assumpti sitis in partem sollici-
tudinis, plenitudinem potestatis in vestris Diocesi-
bus vobis arrogatis? At denique dicere Episcopos in
suis Dioccesibus, tantam habere potestatem, quantum
habet Papa in vniuerso orbe, est negare verbum
Christi Petro singulariter dicens: *Pasce oues meas,*
non enim Petrus pascere potest oues Christi, si vos in
vestris Dioccesibus plenitudinem potestatis habetis,
quia in illis Summus Pontifex nullam haberet iurisdic-
tionem. Nec dicere possunt Papam pascere oues
Christi, quia Pastores in Ecclesia constituntur, non
& Pastores sunt oues Christi; A quo pascentur: A
summo Pontifice; Minime ex vestra sententia, sunt
enim Petrus in suis Dioccesibus aequalis, ergo Papa
non pasceret oues Christi, si Episcopi plenitudinem
potestatis haberent. Haec Donatus.

2. Non desunt tamen Doctores recentiores asse-
rentes esse satis receptam sententiam, quod Episco-
pus potest in propria Diocesi quicquid Pontifex in
vniuersali Ecclesia, vbi aliquid non sit à Pontifice reser-
uatum. Et hanc sententiam tenet notissimè Dica-
stillus *de Iust. lib. 1. disp. 3. dub. 14. num. 175.* & ante
illum Henriquez *lib. 6. de Panit. cap. 14. num. 7. in
Glossa littera K. & lib. 10. cap. 35. num. 2. & lib. 12. c. 3.
num. 2. in Glossa littera N.* Aragonius in 2.2. q. 88.
*art. 12. ante 2. concl. Maiolus de Irregular. lib. 15. cap. 51.
num. 4. Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. dist. 32. q. 1.
art. 3. in fine, & de Iust. lib. 10. q. 1. art. 3. ad 2. & alij
quos citat Sanchez de Matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 61.
num. 3.*

3. Probatur haec opinio, quia Episcopus est Pas-
tor ordinarius in sua Diocesi, sicut Pontifex in toto
orbe, licet sit ipsi subiectus. Ergo in iis in quibus Pon-
tifex non limitat eius iurisdictionem habet potesta-
tem ordinariam, sicut quilibet Confessarius potest
aeque ac Pontifex ab omnibus peccatis absolueret, nisi
per Pontificem, aut Episcopum casus aliquis reser-
uetur. Vnde ex his sequeretur posse Episcopum vi
suae potestatis ordinariae dispensare in totam legem
Pontificiam in qua illi expresse iure, aut consuetudine
prohibitum non sit. Vide Henriquez *lib. 14. de Irre-
gular. cap. 19. num. 2.* Et ideo Glossa in *cap. nuper, de
sentent. excommunic. verb. non retinuit.* asserit Episco-
pos

Ref. 1. §. 1.
& 2. §. 1.
Hae subli-
& super
in tr. 1. Ref.
24. §. Prob-
tur, ver. Te-
tio in fine
in Ref. 91. §.
Nec obstat
ver. Secun-
do, & 6. §.
cundi argu-
menti & in
Ref. 98. §.
in fine, & 8.
vlt. & hie
fra Ref. 131.
§. 2. inter
principium
& medium
ver. Cetero
est, & hie
rius in tra-
Ref. 4. §. 1.
nota prop-
fiam, ver.
porque de
recho.

Secun-
dum
opti-
prim-
tion-
Secun-
rati-
aut
leu-
catis
curre
in fe-
Primo
tio, &
si in
tradi-
ca qu-
mod-
adp-
Rati-
mun-
vini-
medi-
Præ-
iudic-
pant-
rom.
de L
in p-

Sup. hoc so-
pra in Ref.
24. §. 1. & c.
Ref. 2. §.
Notandum
est & leg-
etia doctri-
nam, Ref. 131.